

a) so (B) b) in der Abkürzung Gen. ist das -e- getilgt (B) (c-c) Gn 8,20 d) (B), Gn 8,20 mundis e) VII (B) f) Gn 12,7 g) Gn 12,8 (h-h) Sir 47,10–11 i) testamentis; nach testa- folgt gestrichen tis (B) k) personi (B) l) negliens (B) m) raconabiliter (B) n) folgt getilgt Heinricus (B) o) Theodrius (B)

**79.** *Bischof Heinrich (I.) von Naumburg bestätigt die Stiftung zu Gunsten des Maria-Magdalenenaltars in der Katharinenkirche zu Zwickau durch den Priester Lutold und den Pfarrvikar Heinrich Wegehaupt. Die Einkünfte des Altars soll der Pfarrer beziehen und an demselben täglich eine Frühmesse lesen. Das Patronat des Altars soll dem Nonnenkloster Eisenberg zustehen.*

1332 August 16

*Original nicht zu ermitteln. — Abschrift: Stadtarchiv Zwickau, IIIx<sup>1</sup> 141b (Zwickauer Rechtsbuch), fol. 10v<sup>(Sp. 1)</sup>–11r<sup>(Sp. 1)</sup> (14. Jh.) (B); Rubrum: Privilegium aut episcopalis confirmacio super dotacione ecclesie altaris sancte Magdalene; Stadtarchiv Zwickau, IIIId Nr. 15, Kopialbuch III, fol. 97r–97v (15. Jh.) (C). — Edition: Herzog, Chronik II, S. 880, Nr. 16. — Anm.: Vgl. Nr. 78, 80, 128. — Zur Sache: Kahleyß, Bürger und Kirche, S. 382, 610.*

In nomine domini amen. Heinricus dei gratia Nuemburgensis ecclesie episcopus omnibus in perpetuum. Cum secundum canonicas sanctiones defunctorum pias voluntates fideliumque vivorum intenciones maxime ad ampliandum cultum divinum dispositas episcopali decens sit studio adimpleri, hinc est, quod nos ad noticiam presencium et memoriam futurorum deducimus, quod altaris sancte Marie Magdalene in ecclesia sancte Katherine opidi Zwickaviensis nostre diocesis dedicati fundacionem pariterque dotacionem habitam de nostro ac prepositi et conventus monasterii sanctimonialium in Ysenberg consensu et permissione sub certis annuis redditibus, videlicet duarum marcarum argenti, quarum una de stupa balneari intra opidum ipsum et alia de orto extra opidum continue apud ortum claustralem solvitur pie deputatis et donatis per dominum Lutoldum presbiterum bone memorie et dicto orto claustrali cum omnibus pertinentiis et iuribus, quam dominus Heinricus dictus Wegehoubit vicarius perpetuus parrochie Zwickaviensis pro sua pecunia comparatum fideliter donavit, ratam et gratam habemus et auctoritate diocesana presentis scripti patrocinio confirmamus salvo modo annotato, in altari iam dicto dominus Heinricus Wegehoubit predictus, quamdiu vixerit<sup>a)</sup>, et deinde sui successores in perpetuum singulis diebus totius anni unam missam circa horam primam celebrari procurabunt et oblaciones inibi obvenientes ad rectorem parrochie pertinebunt. Ius patronatus sive collacio dicti altaris ad prepositum monasterii in Ysinberg predicti, qui pro tempore fuerit, perpetue pertinebit. Qui prepositus dictum altare, quotiens et quando vacare ceperit, uni persone in sacerdocio actu existenti et aliud beneficium ecclesiasticum non habenti conferre debet finaliter infra mensem, quod, si post lapsum mensis a die vacationis computandi prepositus quocunque modo foret in conferendo, ut predicatur, negligens vel remissus, extunc ea vice a iure conferendi prepositus esset suspensus et collacio eadem vice ad magistros consulum et consules Zwickavienses devolveret<sup>b)</sup>, qui modo et forma premissis habebunt pro tunc conferre post mortem domini H[einrici] Wegehoubt memorati. Presbiter, qui ad altare predictum fuerit presentatus, a plebano